C

1.

Wladislaus dei gracia Rex polonie lithwanieque princeps Supremus et heres Russie Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris
presencium noticiam habituris Quomodo habito diligenti respectu ad constantis fidelitatis studiosa obsequia et sincere fidei merita quibus Strenuus Albertus
de Malic Subcamerarius et Capitaneus lanciciensis necnon Magistercurie preclare principis domine Sophie consortis nostre carissime miles noster fidelis dile-
ctus nostre placere meruit maiestati et infuturum aucto fidelitatis studio poterit prestancius complacere Eorum intuitu cupientes ipsum graciarum nostrarum
prosequi fauore singulari et ad obsequia nostra continuus reddere promciorem sibi villam nostram wilamowicze quam a Nobili Nicolao de Xemex mediantibus
marcis mediorum grossorum necnon et villam prusinowicze quam a Strenuo petro de Canthe indiutenus et quinquaginta marcis mediorum grossorum
monete et numeri polonicalium quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando in Terra Siradiensi et districtu Shadkensi sitas liberauit
et exemit, ac ipsum volentes in huiusmodi seruicijs nostris magis facere stabiliorem in et super villis predictis scilicet wilamowicze et prusinowicze quinqua-
ginta marcas monete et numeri supradictorum addimus astruimus largimur damus et assignamus tenore presencium mediante per ipsum et eius
legitimos successores villas predictas wilamowicze et prusinowicze cum omnibus ipsorum vtilitatibus fructibus prouentibus Censibus redditibus Agris
pratis Campis siluis borris Nemoribus mericis Gais quercetis virgultis venacionibus aucupacionibus mellificijs piscinis piscaturis lacubus
paludibus molendinis erectis et erigendis fluuijs Riuis aquis et earum decursibus ac tocerentiis pertinencijs et appendijs vniuersis ad easdem vill-
as quolibet abantiquo spectantibus prout in suis metis et limitibus longe late et circumferencialiter limitate sunt et distincte, et signanter cum silua
prusinow, habendas tenendas regendas gubernandas et pacifice per eundem Albertum ad tempora vite sue possidendas Eoque defuncto exsolutis per
nos aut nostros successores prefati Alberti heredibus et Successoribus legitimis prefatis quinquaginta marcis mediantibus villas predictas a nobis po-
ssidet villarum predictarum possessio ad nos et nostros successores reuertetur pleno iure Stacionibus tamen nostris Regalibus semper saluis Harum
quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum Datum in Predborz feria sexta in vigilia sancti Bartholomei apostoli Anno domini
Millesimo cccc° vicesimo sexto

Relacio venerabilis Johannis Szafranyecz
decani Cracoviensis Regni polonie vicecancellarii

Wladislaus Rex Alberto de Malce Capitaneo Lanciciensi Villam Wylamow in Ducentis Marcis obligatam Nicolao de Xenice, et Villam Prusinowice Petro de Wende in 230 marcis obligatam, quas sibi idem Albertus exemit, ad Certa tempora in possessionem mittit, et 30 marcas adsoluit ut in 500 marcis easdem teneat Villas

Lutomir.

1426

re data Anno domini 1426 Lit. sc. Regis Vladislai inscriptio super Villis Prusinowice et Vilamow Marcis 500

Lutomirsk. F. 39. Litt. O. o.